

BOLETIN OFICIAL

DEL
OBISPADO DE OSMA.

Se publica en dias indeterminados, en medio, uno ó más pliegos.

DE PHILOSOPHIA CHRISTIANA AD MENTEM
SANCTI TOMÆ AQUINATIS DOCTORIS ANGELICI
IN SCHOLIS CATHOLICIS INSTAURANDA.

SANTISSIMI DOMINI NOSTRI LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPA XIII.

EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS
UNIVERSOS CATHOLICI ORBIS GRATIAM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

DE LA RESTAURACION DE LA FILOSOFÍA CRISTIANA
EN LAS ESCUELAS CATÓLICAS, SEGUN LA MENTE DEL DOCTOR ANGÉLICO,
SANTO TOMÁS DE AQUINO,

EPÍSTOLA ENCÍCLICA

DE NUESTRO SANTÍSIMO SEÑOR

POR DIVINA PROVIDENCIA LEON PAPA XIII.

á todos los Patriarcas, Primados, Arzobispos y Obispos del orbe
católico que conservan la gracia y comunión con la silla apostólica



**Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis
et Episcopis universis catholici orbis gratiam et communionem
cum Apostólica sede habentibus.**

LEO PP. XIII.

Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam benedictionem.

Acterni Patris Unigenitus Filius, qui in terris apparuit, ut humano generi salutem et divinæ sapientiæ lucem afferret. magnum plane ac mirabile mundo contulit beneficium, cum coelos iterum ascensurus, Apostolis præcepit, ut *euntes docerent omnes gentes* (1); Ecclesiamque a se conditam communem et supremam populorum magistram reliquit. Homines enim, quos veritas liberaverat, veritate erant conservandi: neque diu permansissent cœlestium doctrinarum fructus, per quos est homini parta salus, nisi Christus Dominus erudiendis ad fidem mentibus perenne magisterium constituisset. Ecclesia vero divini Auctoris sui cum erecta promissis, tum imitata charitatem, sic iussa perfecit, ut hoc semper spectarit, hoc maxime voluerit,

**A los Venerables Hermanos, Patriarcas, Primados,
Arzobispos y Obispos del orbe católico que están en gracia y
comunion con la Sede Apostolica.**

LEON PAPA XIII.

Venerables Hermanos: salud y bendicion Apostolica

El Hijo Unigénito del Eterno Padre, que apareció sobre la tierra para atraer al humano linaje la salvacion y la luz de la divina sabiduría, hizo ciertamente un grande y admirable beneficio al mundo, cuando habiendo de subir nuevamente á los cielos, mandó a los apóstoles *que fuesen á enseñar á todas las gentes*, (1), y dejó á la Iglesia por él fundada por comun y suprema maestra de los pueblos. Pues los hombres, á quien la verdad habia libertado, debian ser conservados por la verdad; ni hubieran durado por largo tiempo los frutos de las celestiales doctrinas, por los que adquirió el hombre la salud, si Cristo Nuestro Señor no hubiese constituido un magisterio perenne para instruir los entendimientos en la fé. Pero la Iglesia, ora animada con las promesas de su divino Autor, ora imitando su caridad, de tal suerte cumplió sus preceptos, que tuvo

(1) Matth. XXVIII, 19.

de religione præcipere et cum erroribus perpetuo dimicare. Huc sane pertinent singulorum Episcoporum vigilati labores: huc Conciliorum perlatae leges ac decreta, et maxime Romanorum Pontificum sollicitudo quotidiana, penes quos, beati Petri Apostolorum Principis in primatu successores, et ius et officium est docendi et confirmandi fratres in fide.—Quoniam vero, Apostolo monente, *per philosophiam et inanem fallatiam* (1) Christifidelium mentes decipi solent, et fidei sinceritas in hominibus corrumpi, idcirco supremi Ecclesiae Pastores muneris sui perpetuo esse duxerunt etiam veri nominis scientiam totis viribus provehere, simulque singulari vigilantia providere, ut ad fidei catholicae normam ubique traderentur humanae disciplinae omnes, praesertim vero *philosophia*; a qua nimirum magna ex parte pendet caeterarum scientiarum recta ratio. Id ipsum et Nos inter caetera breviter monuimus, Venerabiles Fratres, cum primum Vos omnes per Litteras Encyclicas allocuti sumus; sed modo rei gravitate, et temporum conditione compellimur rursus Vobiscum agere de ineunda philosophicorum studiorum ratio-

siempre por mira y fué su principal deseo enseñar la Religión y luchar perpétuamente con los errores. A esto tienden los diligentes trabajos de cada uno de los Obispos, á esto las leyes y decretos promulgados de los Concilios y en especial la cotidiana sollicitud de los Romanos Pontífices, á quien como sucesores en el primado del bienaventurado Pedro, Príncipe de los Apóstoles, pertenecen el derecho y la obligación de enseñar y confirmar á sus hermanos en la fé. Pero como, segun el aviso del Apóstol, *por la filosofía y la vana falacia* (1) suelen ser engañadas las mentes de los fieles cristianos, y es corrompida la sinceridad de la fé en los hombres, los supremos Pastores de la Iglesia siempre juzgaron ser tambien propio de su mision, promover con todas sus fuerzas las ciencias que merecen tal nombre, y á la vez proveer con singular vigilancia, para que las ciencias humanas se enseñasen en todas partes segun la regla de la fé católica, y en especial la filosofía, de la cual sin duda depende en gran parte la recta enseñanza de las demás ciencias. Ya Nos, venerables hermanos, os advertimos brevemente, entre otras cosas, esto mismo, cuando por primera vez nos hemos dirigido á vosotros por Cartas Encíclicas, pero ahora por la gravedad del asunto y la condicion de los tiempos, nos vemos compelidos por segunda vez á tratar con vosotros de establecer para los estudios filosóficos un método que no sólo corresponda perfectamen-

(1) Coloss. II, 8.

ne, quæ et bono fidei apte respondeat, et ipsi humanarum scientiarum dignitati sit consentanea.

Si quis in acerbitem nostrorum temporum animum intendat, earumque rerum rationem, quæ publice et privatim geruntur, cogitatione complectatur, is profecto comperiet, fecundam malorum causam, cum eorum quæ premunt, tum eorum quæ pertimescimus, in eo consistere, quod prava de divinis humanisque rebus scita, e scholis philosophorum iam pridem profecta, in omnes civitatis ordines irrepserint, communi plurimorum suffragio recepta. Cum enim insitum homini natura sit, ut in agendo rationem ducem sequatur, si quid intelligentia peccat, in id et voluntas facile labitur: atque ita contingit, ut pravitas opinionum, quarum est in intelligentia sedes, in humanas actiones influat, easque pervertat. Ex adverso, si sana mens hominum fuerit, et solidis verisque principiis firmiter insistat, tum vero in publicum privatumque commodum plurima beneficia progignet.— Equidem non tantam humanæ philosophiæ vim et auctoritatem tribuimus, ut cunctis omnino erroribus propulsandis, vel evellendis parem esse iudicemus: sicut enim, cum primum est religio christiana constituta, per admirabile fidei lumen *non persuasibilibus humane*

te al bien de la fé, sino que esté conforme con la misma dignidad de las ciencias humanas.

Si alguno fija la consideracion en la acerbidad de nuestros tiempos, y abraza con el pensamiento la condicion de las cosas que pública y privadamente se ejecutan, descubrirá sin duda que la causa fecunda de los males, tanto de aquellos que hoy nos oprimen, como de los que tememos, consiste en que los perversos principios sobre las cosas divinas y humanas, emanados hace tiempo de las escuelas de los filósofos, se han introducido en todos los órdenes de la sociedad, recibidos por el común sufragio de muchos. Pues siendo natural al hombre que en el obrar tenga á la razon por guía, si en algo falta la intelegencia, fácilmente cae tambien en lo mismo la voluntad; y así acontece que la perversidad de las opiniones, cuyo asiento está en la inteligencia, influye en las acciones humanas y las pervierte. Por el contrario, si está sano el entendimiento del hombre y se apoya firmemente en sólidos y verdaderos principios, producirá muchos beneficios de pública y privada utilidad. Ciertamente no atribuimos tal fuerza y autoridad á la filosofía humana, que la creamos suficiente para rechazar y arrancar todos los errores; pues así como cuando al principio fué instituida la religion cristiana, el mundo tuvo la dicha de ser restituido á su dignidad primitiva, mediante la luz admirable de la fé, no con las *persuasivas palabras de la humana sabiduría, sino en la manifestacion del*

sapientiæ verbis diffusum, sed in ostensione spiritus et virtutis (1), orbi terrarum contigit ut primævæ dignitati restitueretur; ita etiam in præsens ab omnipotenti potissimum virtute et auxilio Dei expectandum est, ut mortalium mentes, sublatis errorum tenebris, resipiscant. Sed neque spernenda, neu posthabenda sunt naturalia adiumenta, quæ divinæ sapientiæ beneficio, fortiter suaviterque omnia dispenentis, hominum generi suppetunt; quibus in adiumentis rectum philosophiæ usum constat esse præcipuum. Non enim frustra rationis lumen humanæ menti Deus inseruit; et tantum abest, ut seperaddita fidei lux intelligentiæ virtutem extinguat aut imminuat, ut potius perficiat, auctisque viribus, habilem ad maiora reddat.—Igitur postulat ipsius divinæ Providentiæ ratio, ut in revocandis ad fidem et ad salutem populis etiam ab humana scientia præsidium quærat: quam industriam, probabilem ac sapientem, in more positam fuisse præclarissimorum Ecclesiæ Patrum, antiquitatis monumenta testantur. Illi scilicet neque paucas, neque tenues rationi partes dare consueverunt, quas omnes per breviter complexus est magnus Augustinus, *huic scientiæ tribuens... illud quo fides saluberrima... gignitur, nutritur, defenditur, roboratur* (2).

espíritu y de la virtud (1), así también al presente debe esperarse principalmente del omnipotente poder de Dios y de su auxilio, que las inteligencias de los hombres, disipadas las tinieblas del error, vuelvan á la verdad. Pero no se han de despreciar ni posponer los auxilios naturales, que por beneficio de la divina sabiduría, que dispone fuerte y suavemente todas las cosas, están á disposición del género humano, entre cuyos auxilios consta ser el principal, el recto uso de la filosofía. No en vano imprimió Dios en la mente humana la luz de la razón, y dista tanto de apagar ó disminuir la añadida luz de la fé la virtud de la inteligencia, que antes bien la perfecciona, y aumentadas sus fuerzas, la hace hábil para mayores empresas. Pide, pues, el orden de la misma Providencia que se pida apoyo aun á la ciencia humana al llamar á los pueblos á la fé y á la salud: industria plausible y sábia, que los monumentos de la antigüedad atestiguan haber sido practicada por los preclarísimos Padres de la Iglesia. Estos acostumbraron á ocupar la razón en muchos é importantes oficios, todos los que compendió brevísimamente el grande Agustino, *atribuyendo á esta ciencia... aquello con que la fé saluberrima... se engendra, se nutre, se defiende, se consolida* (2).

(1) I. Cor. II. 4

(2) De Trin. lib. XIV, c. I,

Ac primo quidem philosophia, si rite a sapientibus usurpetur, iter ad veram fidem quadammodo sternere et munire valet, suorumque alumnorum animos ad revelationem suscipiendam convenienter præparare: quamobrem a veteribus modo *prævia ad christianam fidem institutio* (1), modo *christianismi præludium et auxilium* (2), modo *ad Evangelium pædagogus* (3) non immerito appellata est.

Et sane benignissimus Deus, in eo quod pertinet ad res divinas, non eas tantum veritates lumine fidei patefecit, quibus attingendis impar humana intelligentia est, sed nonnullas etiam manifestavit, rationi non omnino impervias, ut scilicet, accedente Dei auctoritate, statim et sine aliqua erroris admixtione omnibus innotescerent. Ex quo factum est, ut quedam vera, quæ vel divinitus ad credendum proponuntur, vel cum doctrina fidei arctis quibusdam vinculis colligantur, ipsi ethnicorum sapientes, naturali tantum ratione prælucente, cognoverint, aptisque argumentis demonstraverint ac vindicaverint. *Invisibilia enim ipsius, ut Apostolus inquit, a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus et divinitas* (4); et *gentes quæ legem non habent.... ostendunt*

En primer lugar, la filosofía, si se emplea debidamente por los sábios, puede de cierto allanar y facilitar de algun modo el camino á la verdadera fé, y preparar convenientemente los ánimos de sus alumnos á recibir la revelacion; por lo cual, no sin justicia, fué llamada por los antiguos, ora *prævia institucion á la fé cristiana*, (1) ora *preludio y auxilio del Cristianismo*, (2) ora *pedagogo del Evangelio* (3).

Y en verdad, nuestro benignísimo Dios, en lo que toca á las cosas divinas, no nos manifestó solamente aquellas verdades para cuyo conocimiento es insuficiente la humana inteligencia, si no que manifestó tambien algunas, no del todo inaccesibles á la razon, para que, sobreviniendo la autoridad de Dios, al punto, y sin ninguna mezcla de error, se hiciesen á todos manifiestas. De aquí que los mismos sábios, iluminados tan solo por la razon natural, hayan conocido, demostrado y defendido con argumentos convenientes algunas verdades que, ó se proponen con objeto de fé divina, ó están unidas por ciertos estrechísimos lazos con la doctrina de la fé. *Porque las cosas de él invisibles, se ven despues de la creacion del mundo, consideradas por las obras criadas, aun su sempiterna virtud y divinidad* (4), y *las gentes que no tienen la ley.....* sin embargo muestran la obra de la ley escrita en

(1) Clem. Alex., Strom. lib, I. c. 16; l. VII. c. 3.

(2) Orig. ad Greg. Thaum.

(3) Clem. Alex., Strom. I, c. 5.

(4) Rom. 1, 20.

nihilominus *opus legis scriptum in cordibus suis* (1). Hæc autem vera, vel ipsis ethnicorum sapientibus explorata, vehementer est opportunum in revelatæ doctrinæ commodum utilitatemque convertere, ut re ipsa ostendatur, humanam quoque sapientiam, atque ipsum adversariorum testimonium fidei christianæ suffragari. Quam agendi rationem, non recens introductam, sed veterem esse constat, et sanctis Ecclesiæ Patribus sæpe usitatam. Quin etiam venerabiles isti religiosarum traditionum testes et custodes formam quamdam eius rei et prope figuram agnoscunt in Hebræorum facto, qui Aegypto excessuri, deferre secum iussi sunt argentea atque aurea Aegyptiorum vasa cum vestibus pretiosis, ut scilicet, mutato repente usu, religioni veri Numinis ea supellex dedicaretur, quæ prius ignominiosis ritibus et superstitioni inservierat. Gregorius Neocæsariensis (2) laudat Origenem hoc nomine, quod plura ex ethnicorum placitis ingeniose decerpta, quasi erepta hostibus tela, in patrocinium christianæ sapientiae et perniciem superstitionis singulari dexteritate retorserit. Et parem disputandi morem cum Gregorius Nazianzenus (3), tum Gregorius Nyssenus (4) in Basilio Magno et laudant et probant; Hiero-

sus coraxones (1). Es, pues, sumamente oportuno que estas verdades, aún reconocidas por los mismos sábios paganos, se conviertan en provecho y utilidad de la doctrina revelada, para que, en efecto, se manifieste que también la humana sabiduría y el mismo testimonio de los adversarios favorecen á la fé cristiana. Cuyo modo de obrar consta que no ha sido recientemente introducido, sino que es antiguo, y fué usado muchas veces por los Santos Padres de la Iglesia. Aún más; estos venerables testigos y custodios de las tradiciones religiosas, reconocen cierta norma de esto, y casi una figura en el hecho de los hebreos que, al tiempo de salir de Egipto, recibieron el mandato de llevar consigo los vasos de oro y plata de los egipcios, para que, cambiado repentinamente su uso, sirviese á la Religion del Dios verdadero aquella vajilla, que antes habia servido para ritos ignominiosos y para la supersticion. Gregorio Neocesarensis alaba á Orígenes (2), porque convirtió, con admirable destreza, muchos conocimientos tomados ingeniosamente de las máximas de los infieles, como dardos casi arrebatados á los enemigos, en defensa de la filosofía cristiana y en perjuicio de la supersticion. Y el mismo modo de disputar alaban y aprueban en Basilio el Grande ya Gregorio Nacianceno (3), ya Gregorio Niseno (4), y

(1) Rom, II. 14 15.

(2) Orat. paneg. ad Origen.

(3) Vit. Moys.

(4) Can. I. Iamb. 3.

nymus vero magnopere commendat in Quadrato Apostolorum discipulo, in Aristide, in Iustino, in Irenæo, aliisque permultis (1). Augustinus autem, *Nonne aspiciamus, inquit, quanto auro et argento et veste suffarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus, doctor suavissimus et martyr beatissimus? quanto Lactantius? quanto Victorinus, Optatus, Hilarius? ut de vivis taceam, quanto innumerabiles Græci?* (2) Quod si vero naturalis ratio opimam hanc doctrinæ segetem prius fudit, quam Christi virtute fecundaretur, multo uberiores certe progignet, posteaquam Salvatoris gratia nativas humanæ mentis facultates instauravit et auxit. — Ecquis autem non videat, iter planum et facile per huiusmodi philosophandi genus ad fidem aperiri?

Non his tamen limitibus utilitas circumscribitur, quæ ex illo philosophandi instituto dimanat. Et revera divinæ sapientiæ eloquiis graviter reprehenditur eorum hominum stultitia, qui *de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere Eum qui est; neque, operibus attendentes, agnoverunt quis esset artifex* (3). Igitur primo loco magnus hic et præclarus ex humana ratione fructus capitur, quod illa Deum esse demonstret: *a magnitudine enim speciei et creaturæ cognoscibi-*

Gerónimo le recomienda grandemente en Cuadrato, discípulo de los Apóstoles, en Aristides, en Justino, en Ireneo y otros muchos (1). Y Agustín dice: *¿No vemos con cuánto oro y plata, y con qué vestidos salió cargado de Egipto Cipriano, doctor suavísimo y mártir beatísimo? ¿con cuánto Lactancio? ¿con cuánto Victorino, Optato, Hilario? Y para no hablar de los vivos, ¿con cuántos innumerables griegos?* (2). Verdaderamente si la razón natural dió tan ópima semilla de doctrina antes de ser fecundada con la virtud de Cristo, mucho más abundante la producirá ciertamente después que la gracia del Salvador restauró y enriqueció las fuerzas naturales de la humana mente. ¿Y quién no ve que con este modo de filosofar se abre un camino llano y practicable á la fé?

No se circunscribe, no obstante, dentro de estos límites la utilidad que dimana de aquella manera de filosofar. Y realmente las páginas de la divina sabiduría reprenden gravemente la necedad de aquellos hombres que *de los bienes que se ven no supieron conocer al que es, ni considerando las obras reconocieron quién fuese su artífice* (3). Así en primer lugar el grande y excelentísimo fruto que se recoge de la razón humana es el demostrar que hay un Dios: *pues por la grandeza de la*

(1) Epist. ad. Magn.

(2) De doctr. christ. l. II. c. 40.

(3) Sap. XIII, 1.

liter poterit Creator horum videri (1).—Deinde Deum ostendit omnium perfectionum cumulo singulariter excellere, infinita in primis sapientia, quam nulla usquam res latere, et summa iustitia, quam pravus nunquam vincere possit affectus, ideoque Deum non solum veracem esse, sed ipsam etiam veritatem falli et fallere nesciam. Ex quo consequi perspicuum est, ut humana ratio plenissimam verbo Dei fidem atque auctoritatem conciliet — Simili modo ratio declarat, evangelicam doctrinam mirabilibus quibusdam signis, tamquam certis certæ veritatis argumentis, vel ab ipsa origine emicuisse: atque ideo omnes, qui Evangelio fidem adiungunt, non temere adiungere, tamquam doctas fabulas secutos (2), sed rationabili prorsus obsequio intelligentiam et iudicium suum divinæ subiicere auctoritati. Illud autem non minoris pretii esse intelligitur, quod ratio in perspicuo ponat, Ecclesiam a Christo institutam (ut statuit Vaticana Synodus) *ob suam admirabilem propagationem, eximiam sanctitatem et inexhaustam in omnibus locis fecunditatem, ob catholicam unitatem, invictamque stabilitatem, magnum quoddam et perpetuum esse motivum credibilitatis, et divinæ suæ legationis testimonium irrefragabile* (3).

hermosura y de la criatura se podrá á las claras venir en conocimiento del Criador de ellas (1). Despues demuestra (la razon) que Dios sobresale singularmente por la reunion de todas las perfecciones, primero por la infinita sabiduria, á la cual jamás puede ocultarse cosa alguna, y por la suma justicia, á la cual nunca puede vencer afecto alguno perverso; por lo mismo que Dios no sólo es veraz, sino tambien la misma verdad, incapaz de engañar y de engañarse. De lo cual se sigue clarísimamente que la razon humana granjea á la palabra de Dios plenísima fé y autoridad. Igualmente la razon declara que la doctrina evangélica brilló aún desde su origen por ciertos prodigios, como argumentos ciertos de la verdad, y que por lo tanto todos los que creen en el Evangelio no creen temerariamente, como si siguiesen doctas fábulas (2), sino que con un obsequio del todo racional, sujetan su inteligencia y su juicio á la divina autoridad. Entiéndase que no es de menor precio el que la razon ponga de manifiesto que la Iglesia instituida por Cristo, como estableció el Concilio Vaticano, *por su admirable propagacion, eximia santidad é inagotable fecundidad en todas las regiones, por la unidad católica é invencible estabilidad, es un grande y perenne motivo de credibilidad y testimonio irrefragable de su divina mision* (3).

(1) Sap. XIII, 5.

(2) II. Petr. I. 16.

(3) Const. dogm. de Fide. Cath., cap. 3.

Solidissimis ita positis fundamentis, perpetuus et multiplex adhuc requiritur philosophiæ usus, ut sacra Theologia naturam, habitum, ingeniumque veræ scientiæ suscipiat atque induat. In hac enim nobilissima disciplinarum magnopere necesse est, ut multæ ac diversæ cœlestium doctrinarum partes in unum veluti corpus colligantur, ut suis quæque locis convenienter dispositæ, et ex propriis principiis derivatæ apto inter se nexu cohæreant; demum ut omnes et singulæ suis iisque invictis argumentis confirmentur.—Nec silentio prætereunda, aut minimi facienda est accuratior illa atque uberior rerum, quæ creduntur, cognitio, et ipsorum fidei mysteriorum, quoad fieri potest, aliquanto lucidior intelligentia, quam Augustinus aliique Patres et laudarunt et assequi studuerunt, quamque ipsa Vaticana Sinodus (1) fructuosissimam esse decrevit. Eam siquidem cognitionem et intelligentiam plenius et facilius certe illi consecuntur, qui cum integritate vitæ fideique studio ingenium coniungunt philosophicis disciplinis expolitum, præsertim cum eadem Synodus Vaticana doceat, eiusmodi sacrorum dogmatum intelligentiam *tum ex eorum, quæ naturaliter cognoscuntur, analogia; tum e mysteriorum ipsorum nexu inter se et cum fine*

Puestos así estos solidísimos fundamentos, todavía se requiere un uso perpétuo y múltiple de la filosofía para que la sagrada Teología tome y vista la naturaleza, hábito é índole de verdadera ciencia. En esta, la más noble de todas las ciencias, es grandemente necesario que las muchas y diversas partes de las celestiales doctrinas se reúnan como en un cuerpo, para que cada una de ellas, convenientemente dispuesta en su lugar, y deducida de sus propios principios, esté relacionada con las demás por una conexión oportuna; por último, que todas y cada una de ellas se confirmen en sus propios é invencibles argumentos. Ni se ha de pasar en silencio, ó estimar en poco, aquel más diligente y abundante conocimiento de las cosas que se creen, y la inteligencia un poco más clara en lo posible de los mismos misterios de la fé; inteligencia que Agustín y otros Santos Padres alabaron y procuraron conseguir, y que el mismo Concilio Vaticano juzgó fructuosísima (1), y ciertamente conseguirán más perfecta y fácilmente este conocimiento y esta inteligencia aquellos que, con la integridad de la vida y el amor á la fé reúnan un ingenio adornado con las ciencias filosóficas, especialmente enseñando el Sínodo Vaticano que esta misma inteligencia de los sagrados dogmas conviene *tomarla ya de la analogía de las cosas que naturalmente se conocen, ya del enlace de*

(1) Const. dogm. de Fid. Cath. cap. 4.

hominis ultimo peti oportere (1)

Postremo hoc quoque ad disciplinas philosophicas pertinet, veritates divinitus traditas religiose tueri, et iis qui oppugnare audeant resistere. Quam ad rem, magna est philosophiæ laus, quod fidei propugnaculum ac veluti firmum religionis munimentum habeatur. *Est quidem, sicut Clemens Alexandrinus testatur, per se perfecta et nullius indiga Servatoris doctrina, cum sit Dei virtus et sapientia. Accedens autem græca philosophia veritatem non facit potentiolem; sed cum debiles efficiat sophistarum adversus eam argumentationes, et propulset dolosas adversus veritatem insidias, dicta est vineæ apta sepes et vullus* (2). Profecto sicut inimici catholici nominis, adversus religionem pugnaturi, bellicos apparatus plerumque a philosophica ratione mutuuntur, ita divinarum scientiarum defensores plura e philosophiæ penu depromunt, quibus revelata dogmata valeant propugnare. Neque mediocriter in eo triumphare fides christiana censenda est, quod adversariorum arma, humanæ rationis artibus ad nocendum comparata, humana ipsa ratio potenter expediteque repellat. Quam speciem religiosi certaminis ab ipso gentium Apostolo

los mismos misterios entre sí y con el fin último del hombre (1).

Por último, también pertenece á las ciencias filosóficas defender religiosamente las verdades enseñadas por revelacion y resistir á los que se atrevan á impugnarlas. Bajo este respecto es grande alabanza de la filosofía el ser considerada baluarte de la fé y como firme defensa de la Religion. Como atestigua Clemente Alejandrino, *es por sí misma perfecta la doctrina del Salvador y de ninguno necesita, siendo virtud y sabiduría de Dios. La filosofía griega que se le une no hace más poderosa la verdad; pero haciendo débiles los argumentos de los sofistas contra aquella, y rechazando las engañosas asechanzas contra la misma, fué llamada oportuna cerca y vallado de la viña* (2). Ciertamente, así como los enemigos del nombre cristiano para pelear contra la Religion toman muchas veces de la razon filosófica sus instrumentos bélicos, así los defensores de las ciencias divinas toman del arsenal de la filosofía muchas cosas con que poder defender los dogmas revelados. Ni se ha de juzgar que obtenga pequeño triunfo la fé cristiana, porque las armas de los adversarios preparadas por arte de la humana razon para hacer daño, sean rechazadas poderosa y prontamente por la misma humana razon.

Esta especie de religioso combate fué usada por el mismo Apóstol

(1) Const. dogm. de Fid. Cath. cap. 4.

(2) Strom. lib: I, c. 20.

usurpatam commemorat S. Hieronymus scribens ad Magnum: *Ductor christiani exercitus Paulus et orator invictus, pro Christo causam agens, etiam inscriptionem fortuitam arte torquet in argumentum fidei: didicerat enim a vero David extorquere de manibus hostium gladium, et Goliath superbissimi caput proprio mucrone truncare* (1). Atque ipsa Ecclesia istud a philosophia præsidium christianos doctores petere non tantum suadet, sed etiam iubet. Etenim Concilium Lateranense V. posteaquam constituit, *omnem assertionem veritati illuminatæ fidei contrariam omnino falsam esse, eo quod verum vero minime contradicat* (2), philosophiæ doctoribus præcipit, ut in dolosis argumentis dissolvendis studiose versentur; siquidem, ut Augustinus testatur, *si ratio contra divinarum Scripturarum auctoritatem redditur, quamlibet acuta sit, fallit veri similitudine; nam vera esse non potest* (3).

Verum ut pretiosis hisce, quos memoravimus, afferendis fructibus per philosophia inveniatur, omnino oportet, ut ab eo tramite nunquam deflectat, quem et veneranda Patrum antiquitas ingressa est, et Vaticana Synodus solemniter auctoritatis suffragio comprobavit.

de las gentes, como lo recuerda S. Gerónimo escribiendo á Magno: *Pablo, capitán del ejército cristiano y orador invicto, defendiendo la causa de Cristo hace servir con arte una inscripción fortuita para argumento de la fé; habia aprendido del verdadero David á arrancar la espada de manos de los enemigos, y á cortar la cabeza del soberbio Goliath con su espada* (1). Y la misma Iglesia, no solamente aconseja, sino que tambien manda, que los doctores católicos pidan este auxilio á la filosofía. Pues el Concilio Lateranense V. despues de establecer *que toda asercion contraria á la verdad de la fé revelada es completamente falsa, porque la verdad jamás se opuso á la verdad* (2), manda á los Doctores de filosofía que se ocupen diligentemente en resolver los engañosos argumentos, pues como testifica Agustino, *si se dá una razon contra la autoridad de las divinas Escrituras, por más ayuda que sea, engañará con la semejanza de verdad, pero no puede ser verdadera* (3).

Mas para que la filosofía sea capaz de producir los preciosos frutos que hemos referido, es de todo punto necesario que jamás se aparte de aquellos trámites que siguió la veneranda antigüedad de los Padres y aprobó el Sínodo Vaticano con el solemne sufragio de la autoridad.

(1) Epist. ad Magn.

(2) Bulla Apostolici regiminis.

(3) Epist. 143, (al. 7) ad Marcellin., núm. 7.

Scilicet cum plane compertum sit, plurimas ex ordine supernaturali veritates esse accipiendas, quæ cuiuslibet ingenii longe vincunt acumen, ratio humana, propriæ infirmitatis conscia, maiora se affectare ne audeat, neque easdem veritates negare, neve propria virtute metiri, neu pro lûbitu interpretari; sed eas potius plena atque humili fide suscipiat, et summi honoris loco habeat, quod sibi liceat, in morem ancillæ et pedisequæ, famulari cælestibus doctrinis, easque aliqua ratione, Dei beneficio, attingere.—In iis autem doctrinarum capitibus, quæ percipere humana intelligentia naturaliter potest, æquum plane est, sua methodo suisque principiis et argumentis uti philosophiam: non ita tamen, ut auctoritati divinæ sese audacter subtrahere videatur. Imò, cum constet, ea quæ revelatione innotescunt, certa veritate pollere, et quæ fidei adversantur pariter cum recta ratione pugnare, noverit philosophus catholicus se fidei simul et rationis iura violaturum, si conclusionem aliquam amplectatur, quam revelatæ doctrinæ repugnare intellexerit.

Novimus profecto non deesse, qui facultates humanæ naturæ plus nimio extollentes, contendunt, hominis intelligentiam, ubi semel divinæ auctoritati subiiciatur, e nativa dignitate excidere, et quodam quasi servitutis iugo demissam plurimum retardari atque impediri,

En verdad está claramente averiguado que se han de aceptar muchas verdades del órden sobrenatural que superan con mucho las fuerzas de todas las inteligencias; la razon humana, conoedora de la propia debilidad, no se atreve á aceptar cosas superiores á ella, ni negar las mismas verdades, ni medirlas con su propia capacidad, ni interpretarlas á su autojo; antes bien, debe recibirlas con plena y humilde fé y tener á sumo honor el serla permitido por beneficio de Dios servir como esclava y servidora á las doctrinas celestiales y de algun modo llegarlas á conocer. En todas estas doctrinas principales que la humana inteligencia no puede percibir naturalmente, es muy justo que la filosofía use de su método, de sus principios y argumentos, pero no de tal modo, que parezca querer sustraerse á la divina autoridad. Antes constando que las cosas conocidas por revelacion gozan de una verdad indisputable, y que las que se oponen á la fé pugnan tambien con la recta razon, debe tener presente el filósofo católico que violará á la vez los derechos de la fé y de la razon, abrazando algun principio que conoce que repugna á la doctrina revelada.

Sabemos muy bien que no faltan quienes ensalzando más de lo justo las facultades de la naturaleza humana, defienden que la inteligencia del hombre, una vez sometida á la autoridad divina, cae de su natural dignidad, y que, como humillada con el yugo de la esclava-

quominus ad veritatis excellentiæque fastigium progrediatur. — Sed hæc plena erroris et fallatiæ sunt; eoque tandem spectant, ut homines, summa cum stultitia, nec sine crimine ingrati animi, sublimiores veritates repudient, et divinum beneficium fidei, ex qua omnium bonorum fontes etiam in civilem societatem fluxere, sponte reiiciant. Etenim cum humana mens certis finibus, iisque satis angustis, conclusa teneatur, pluribus erroribus, et multarum rerum ignorationi est obnoxia. Contra fides christiana, cum Dei auctoritate nitatur, certissima est veritatis magistra; quam qui sequitur, neque errorum laqueis irretitur, neque incertarum opinionum fluctibus agitatur. Quapropter qui philosophiæ studium cum obsequio fidei christianæ coniungunt, ii optime philosophantur: quandoquidem divinarum veritatum splendor, animo exceptus, ipsam iuvat intelligentiam; cui non modo nihil de dignitate detrahit, sed nobilitatis, acuminis, firmitatis plurimum addit. — Cum vero ingenii aciem intendunt in refellendis sententiis, quæ fidei repugnant, et in probandis, quæ cum fide cohærent, digne ac perutiliter rationem exercent: in illis enim prioribus, causas erroris deprehendunt, et argumentorum, quibus ipsæ fulciuntur, vitium dignoscunt: in his autem posterioribus, rationum momentis potiuntur, quibus solide demonstrantur et cuilibet prudenti per-

vitudo, está ligada y como impedida para que no pueda llegar á la cumbre de la verdad y de la excelencia. Pero estas doctrinas están llenas de error y de falacia, y finalmente tienden á que los hombres con suma necesidad, y no sin el crimen de ingratitude, repudien las más sublimes verdades y espontáneamente rechacen el beneficio de la fé, de la cual áun para la sociedad civil brotaron las fuentes de todos los bienes. Pues hallándose encerrada la humana mente en ciertos y muy estrechos límites, está sujeta á muchos errores y á ignorar muchas cosas. Por el contrario, la fé cristiana, apoyándose en la autoridad de Dios, es maestra infalible de la verdad, siguiendo la cual ninguno cae en los lazos del error, ni es agitado por las olas de inciertas opiniones. Por lo cual, los que unen el estudio de la filosofía con la obediencia á la fé cristiana, razonan perfectamente, supuesto que el esplendor de las divinas verdades, recibido por el alma, auxilia la inteligencia, á la cual no quita nada de su dignidad, sino que la añade muchísima nobleza, penetración y energía. Y cuando dirigen la perspicacia del ingenio á rechazar las sentencias que repugnan á la fé y á aprobar las que concuerdan con esta, ejercitan digna y utilísimamente la razon: pues en lo primero descubren las causas del error y conocen el vicio de los argumentos, y en lo último están en posesion de las razones con que se demuestra sólidamente y se le persuade

suadeantur. Hac vero industria et exercitatione augeri mentis opes et explicari facultates qui neget, ille veri falsique discrimen nihil conducere ad profectum ingenii, absurde contendat necesse est. Merito igitur Vaticana Synodus præclara beneficia, quæ per fidem rationi præstantur, his verbis commemorat: *Fides rationem ab erroribus liberat ac tuetur, eamque multiplici cognitione instruit* (1). Atque idcirco homini, si saperet, non culpanda fides, veluti rationi et naturalibus veritatibus inimica, sed dignæ potius Deo grates essent habendæ, vehementerque lætandum, quod, inter multas ignorantia causas et in mediis errorum fluctibus, sibi fides sanctissima illuxerit, quæ, quasi sidus amicam, citra omnem errandi formidinem portum veritatis com-
monstrat.

Quod si, Venerabiles Fratres, ad historiam philosophiæ respiciatis cuncta, quæ paullo ante diximus, re ipsa comprobari intelligetis. Et sane philosophorum veterum, qui fidei beneficio caruerunt, etiam qui habebantur sapientissimi, in pluribus deterrime errarunt. Nostis enim, inter nonnulla vera, quam sæpe falsa et absona, quam multa incerta et dubia tradiderint de vera divinitatis ratione, de prima rerum origine, de mundi gubernatione, de divina futurorum cognitione, de malorum

á todo hombre prudente de la verdad de dichas sentencias. El que niegue que con esta industria y ejercicio se aumentan las riquezas de la mente y se desarrollan sus facultades, es necesario que absurdamente pretenda que no conduce al perfeccionamiento del ingenio la distincion de lo verdadero y de lo falso. Con razon el Concilio Vaticano recuerda con estas palabras los beneficios que á la razon presta la fé: *La fé libra y defiende á la razon de los errores y la instruye en muchos conocimientos* (1). Y por consiguiente el hombre, si lo entendiese, no debia culpar á la fé de enemiga de la razon, antes bien debia dar dignas gracias á Dios, y alegrarse vehementemente de que entre las muchas causas de la ignorancia y en medio de las olas de los errores le haya iluminado aquella fé santísima, que como amiga estrella indica el puerto de la verdad, excluyendo todo temor de errar.

Porque, venerables hermanos, si dirigís una mirada á la historia de la filosofía, comprendereis que todas las cosas que poco antes hemos dicho se comprueban con los hechos. Y ciertamente de los antiguos filósofos que carecieron del beneficio de la fé, aun los que son considerados como más sábios erraron pésimamente en muchas cosas. Sabéis cuántas cosas falsas é indecorosas, cuántas inciertas y dudosas, entre algunas verdaderas, enseñaron sobre la verdadera naturaleza

(1) Const. dogm. de Fid. Cath, cap. 4.

causa et principio, de ultimo fine hominis, æternaque beatitudine, de virtutibus et vitiis, aliisque doctrinis, quarum vera certaue notitia nihil magis est hominum generi necessarium.—Contra vero primi Ecclesiæ Patres et Doctores, qui satis intellexerant, ex divinæ voluntatis consilio, restitutorem humanæ etiam scientiæ esse Christum, qui Dei virtus est Deique sapientia (1), et *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi* (2), veterum sapientum libros investigandos, eorumque sententias cum revelatis doctrinis conferendas susceperunt: prudentique delectu quæ in illis vere dicta et sapienter cogitata occurrerent, amplexi sunt, cæteris omnibus vel emendatis, vel reiectis. Nam providissimus Deus, sicut ad Ecclesiæ defensionem martyres fortissimos, magnæ animæ prodigos, contra tyrannorum sævitiem excitavit, ita philosophis falsi nominis aut hæreticis viros sapientia maximos obiecit, qui revelatarum veritatum thesaurum etiam rationis humanæ præsidio tuerentur. Itaque ab ipsis Ecclesiæ primordiis, catholica doctrina eos nacta est adversarios multo infensissimos, qui christianorum dogmata et instituta irridentes, ponebant plures esse deos, mundi materiam principio causaque caruisse, rerumque cursum

de la divinidad, sobre el origen primitivo de las cosas, sobre el gobierno del mundo, sobre el conocimiento divino de las cosas futuras, sobre la causa y principio de los males, sobre el último fin del hombre y la eterna bienaventuranza, sobre las virtudes y los vicios y sobre otras doctrinas cuyo verdadero y cierto conocimiento es la cosa más necesaria al género humano. Por el contrario los primeros Padres y doctores de la Iglesia, que habian entendido muy bien que por decreto de la divina voluntad el restaurador de la ciencia humana era tambien Jesucristo, que es la virtud de Dios y su sabiduría (1), y *en el cual están escondidos los tesoros de la sabiduría* (2), trataron de investigar los libros de los antiguos sábios y de comparar sus sentencias con las doctrinas reveladas, y con prudente eleccion abrazaron las que en ellos vieron perfectamente dichas y sábiamente pensadas, enmendando ó rechazando todas las demás. Pues así como Dios, infinitamente pródigo suscitó para defensa de la Iglesia mártires fortísimos, pródigos de sus grandes almas, contra la crueldad de los tiranos, así á los falsos filósofos ó herejes opuso varones grandísimos en sabiduría que defendiesen aún con el apoyo de la razon el depósito de las verdades reveladas. Y así desde los primeros dias de la Iglesia la doctrina católica tuvo adversarios muy hostiles que burlándose de los dogmas

(1) I. Cor. I. 24.

(2) Coloss. II, 3.

cæca quadam vi et fatali contineri necessitate, non divinæ providentiæ consilio administrari. Iamvero cum his insanientis doctrinæ magistris mature congressi sunt sapientes viri, quos *Apologetas* nominamus, qui, fide præeunte ab humana quoque sapientia argumenta sumpserunt, quibus constituerent unum Deum, omni perfectionum genere præstantissimum esse colendum; res omnes e nihilo omnipotenti virtute productas, illius sapientia vigere, singulasque ad proprios fines dirigi ac moveri. — Principem inter illos sibi locum vindicat *S. Iustus* martyr, qui posteaquam celeberrimas græcorum Academias, quasi experiendo, lustrasset, plenoque ore nonnisi ex revelatis doctrinis, ut idem ipse fatetur, veritatem hauriri posse pervidisset, illas toto animi ardore complexus, calumniis purgavit, penes Romanorum Imperatores acriter copioseque defendit, et non pauca græcorum philosophorum dicta cum eis composuit. Quod et *Quadratus*, et *Aristides*, *Hermias* et *Athenagoras* per illud tempus egregie præstiterunt. — Neque minorem in eadem causa gloriam adeptus est *Irenæus*, martir invictus, Ecclesiæ Lugdunensis Pontifex: qui cum strenue refutaret perversas orientalium opiniones, Gnosticorum opera per fines romani imperii dis-

é instituciones de los cristianos, sostenian la pluralidad de dioses, que la materia del mundo careció de principio y de causa, y que el curso de las cosas se conservaba mediante una fuerza ciega y una necesidad fatal y no era dirigido por el consejo de la Divina Providencia. Ahora bien, con estos maestros de disparatada doctrina disputaron oportunamente aquellos sábios que llamamos *Apologistas*, quienes precedidos de la fé usaron tambien los argumentos de la humana sabiduría, con los que establecieron que debe ser adorado un solo Dios, excelentísimo en todo género de perfecciones, que todas las cosas han sido sacadas de la nada por su omnipotente virtud, subsisten por su sabiduría y cada una se mueve y dirige á sus propios fines. Ocupa el primer puesto entre estos *San Justino* mártir, quien despues de haber recorrido las más célebres academias de los griegos para adquirir experiencia, y de haber visto, como á boca llena él mismo confiesa, que la verdad solamente puede sacarse de las doctrinas reveladas, abrazándolas con todo el ardor de su espíritu, las purgó de calumnias, las defendió animosa y elocuentemente ante los emperadores romanos, y no en pocas sentencias de los filósofos griegos convino con estos. Lo mismo hicieron excelentemente por este tiempo *Cuadrato* y *Aristides*, *Hermias* y *Athenagoras*. Ni menor gloria consiguió por el mismo motivo *Ireneo*, mártir invicto y Obispo de la iglesia de Lyon, quien refutando valerosamente las perversas opiniones de los orientales, diseminadas merced á los gnósticos por todo el imperio romano, ex-

seminatas, *origines hæreseom singularium* (auctore Hieronymo), *et ex quibus philosophorum fontibus emanarint..... explicavit* (1).—Nemo autem non novit *Clementis Alexandrini* disputationes, quas idem Hieronymus sic, honoris causa, commemorat: «*Quid in illis indoctum? imo quid non de media philosophia est?*» (2). Multa ipse quidem incredibili varietate disseruit ad condendam philosophiæ historiam, ad artem dialecticam rite exercendam, ad concordiam rationis cum fide conciliandam utilissima.—Hunc secutus *Origenes*, scholæ Alexandrinæ magisterio insignis, græcorum et orientalium doctrinis eruditissimus, perplura eademque laboriosa edidit volumina, divinis litteris explanandis, sacrisque dogmatibus illustrandis mirabiliter opportuna; quæ licet erroribus, saltem ut nunc extant, omnino non vacent, magnam tamen complectuntur vim sententiarum, quibus naturales veritates et numero et firmitate augentur.—Pugnat cum hæreticis *Tertullianus* auctoritate sacrarum Litterarum; cum philosophis, mutato armorum genere, philosophice; hos autem tam acute et erudite convincit, ut iisdem palam fidenterque obiiciat: *Neque de scientia, neque de disciplina, ut putatis, æquamur* (3).—*Arnobius* etiam, vulgatis adver-

plicó, según S. Gerónimo, *los principios de cada una de las herejías y de qué fuentes filosóficas emanaron* (1). Todos conocen las disputas de Clemente Alejandrino, que el mismo Gerónimo, para honrarlas recuerda así. *¿Qué hay en ellas de indocto, y más ¿qué no hay de la filosofía media?* (2). El mismo trató con increíble variedad de muchas cosas utilísimas para fundar la filosofía de la historia, ejercitar oportunamente la dialéctica, establecer la concordia entre la razón y la fé. Siguiendo á este *Origenes*, insigne en el magisterio de la iglesia alejandrina, eruditísimo en las doctrinas de los griegos y de los orientales, dió á luz muchos y eruditos volúmenes para explicar las sagradas letras y para ilustrar los dogmas sagrados, cuyas obras, aunque como hoy existen, no carezcan absolutamente de errores, contienen, no obstante, gran cantidad de sentencias, con las que se aumentan las verdades naturales en número y en firmeza. *Tertuliano* combate contra los herejes con la autoridad de las Sagradas Letras, y con los filósofos, cambiando el género de armas, filosóficamente; y convence á éstos tan sutil y eruditamente, que á las claras y con confianza les dice: *Ni en la ciencia ni en el arte somos igualados como pensais vosotros* (3). *Arnobio*, en los libros publicados contra los

(1) Epist. ad Magn.

(2) Ibid.

(3) Apologet. § 46.

sus gentiles libris, et *Lactantius* divinis præsertim Institutionibus, pari eloquentia et robore dogmata ac præcepta catholicæ sapientiæ persuadere hominibus strenue nituntur, non sic philosophiam evertentes, ut Academici solent (1), sed partim suis armis, partim vero ex philosophorum inter se concertatione sumptis eos revincentes (2).— Quæ autem de anima humana, de divinis attributis, aliisque maximi momenti quæstionibus, magnus *Athanasius* et *Chrysostomus* oratorum princeps, scripta reliquerunt, ita, omnium iudicio, excellunt, ut prope nihil ad illorum subtilitatem et copiam addi posse videatur.— Et ne singulis recensendis nimii simus, summorum numero virorum, quorum est mentio facta, adiungimus *Basilium* magnum et utrumque *Gregorium*, qui, cum Athenis, ex domicilio totius humanitatis, exissent philosophiæ omnis apparatu affatim instructi, quas sibi quisque doctrinæ opes inflammato studio pepererat, eas ad hæreticos refutandos, instituendosque christianos converterunt.— Sed omnibus veluti palmam præripuisse visus est *Augustinus*, qui ingenio præpotens, et sacris profanisque disciplinis ad plenum imbutus, contra omnes suæ ætatis errores acerrime dimicavit fide summa, doctrina pari. Quem ille phi-

herejes, y *Lactancio*, especialmente en sus instituciones divinas, se esfuerzan valerosamente por persuadir á los hombres con igual elocuencia y gallardía de la verdad de los preceptos de la sabiduría cristiana, no destruyendo la filosofía, como acostumbran los académicos (1), sino convenciendo á aquellos en parte con sus propias armas, y en parte con las tomadas de la lucha de los filósofos entre sí (2). Las cosas que del alma humana, de los divinos atributos y otras cuestiones de suma importancia dejaron escritas el gran Atanasio y Crisóstomo, el Príncipe de los oradores, de tal manera á juicio de todos sobresalen, que parece no poderse añadir casi nada á su ingenuosidad y riqueza. Y para no ser pesados en enumerar cada uno de los apologistas, añadimos al catálogo de los excelsos varones de que se ha hecho mención, á Basilio el Grande y á los dos Gregorios, quienes habiendo salido de Atenas, emporio de las humanas letras, equipados abundantemente con todo el armamento de la filosofía, convirtieron aquellas mismas ciencias que con ardoroso estudio habían adquirido en refutar á los herejes é instruir á los cristianos. Pero á todos arrebató la gloria Agustín, quien de ingenio poderoso, é imbuido perfectamente en las ciencias sagradas y profanas, luchó acérrimamente contra todos los errores de sus tiempos, con fé suma y no menor doctrina. ¿Qué punto de la

(1) Inst. VII, cap. 7.

(2) De opif. Dei, cap. 21.

philosophiæ locum non attigit: imo vero quem non diligentissime investigavit, sive cum altissima fidei mysteria et fidelibus aperiret, et contra adversarium vesanos impetus defenderet; sive cum Academicorum aut Manichæorum commentis deletis, humanæ scientiæ funtamenta et firmitudinem in tuto collocavit, aut malorum, quibus premuntur homines, rationem et originem et causas est persecutus? Quanta de Angelis, de anima, de mente humana, de voluntate et libero arbitrio, de religione et de beata vita, de tempore et æternitate, de ipsa quoque mutabilitate corporum natura subtilissime disputavit?—Post id tempus per Orientem *Ioannes Damascenus*, Basilii et Gregorii Nazianzeni vestigia ingressus, per Occidentem vero *Boetius* et *Anselmus*, Augustini doctrinas professi, patrimonium philosophiæ plurimum locupletarunt.

Exinde mediæ ætatis Doctores, quos *Scholasticos* vocant, magnæ molis opus aggressi sunt, nimirum segetes doctrinæ fecundas et uberes, amplissimis Sanctorum Patrum voluminibus diffusas, diligenter congerere, congestasque uno velut loco condere, in posteriorum usum et commoditatem.—Quæ autem scholasticæ disciplinæ sit origo, indoles et excellentia, invat hic Venerabiles Fratres, verbis sapientissimi viri, Pædecessoris Nostri, Sixti V. fusius aperire: «Divino Illius munere,

filosofía no trató, y aún más, cuál no investigó diligentísimamente, ora cuando proponía á los fieles los altísimos misterios de la fé y los defendía contra los furiosos ímpetus de los adversarios, ora cuando reducidas á la nada las fábulas de los maniqueos ó académicos, colocaba sobre tierra firme los fundamentos de la humana ciencia y su estabilidad ó indagaba la razon del origen y las causas de los males que oprimen al género humano? ¿Cuánto no discutió sutilísimamente acerca de los ángeles, del alma, de la mente humana, de la voluntad y del libre albedrío, de la Religión y de la vida bienaventurada y aún de la misma naturaleza de los cuerpos mudables? Despues de este tiempo en el Oriente, *Juan damasceno*, siguiendo las huellas de Basilio y Gregorio de Nacianzo, y en Occidente *Boecio* y *Anselmo*, profesando las doctrinas de Agustin, enriquecieron muchísimo el patrimonio de la filosofía.

En seguida los doctores de la Edad Media, llamados escolásticos, acometieron una obra magna, á saber: reunir diligentemente las fecundas y abundantes mieses de doctrina, refundidas en las voluminosas obras de los Santos Padres, y reunidas, colocarlas en un solo lugar para uso y comodidad de los venideros.Cuál sea el origen, la índole y exceleucia de la ciencia escolástica, es útil aquí, venerables hermanos, mostrarlo más difusamente con las palabras del sapientísimo

»qui solus dat spiritum scientiæ et sapientiæ et intellectus, quique
 »Ecclesiam suam per sæculorum ætates, prout opus est, novis bene-
 »ficiis auget, novis præ-sidiis instruit, inventa est a maioribus nostris
 »sapientissimis viris, Theologia scholastica, quam duo potissimum
 »gloriosi Doctores, angelicus S. Thomas et seraphicus S. Bonaven-
 »tura, clarissimi huius facultatis professores, . . . excellenti ingenio,
 »assiduo studio, magnis laboribus et vigiliis excoluerunt atque orna-
 »runt, eamque optime dispositam, multisque modis præclare explica-
 »tam posteris tradiderunt. Et huius quidem tam salutaris scientiæ
 »cognitio et exercitatio, quæ ab uberrimis divinarum Litterarum,
 »summorum Pontificum, sanctorum Patrum et Conciliorum fontibus
 »dimanant, semper certe maximum Ecclesiæ adiuventum afferre potuit,
 »sive ad Scripturas ipsas vere et sane intelligendas et interpretandas,
 »sive ad Patres securius et utilius perlegendos et explicandos, sive
 »ad varios errores et hæreses detegendas et refellendas: his vero novis-
 »simis diebus, quibus iam advenerunt tempora illa periculosa ab
 »Apostolo descripta, et homines blasphemæ, superbi, seductores pro-
 »ficiunt in peius, errantes et alios in errorem mittentes, sane ca-
 »tholicæ fidei dogmatibus confirmandis et hæresibus confutandis per-

varon nuestro predecesor Sixto V: «Por don divino de Aquel, único
 »que da el espíritu de la ciencia, de la sabiduría y del entendimiento,
 »y que enriquece con nuevos beneficios á su Iglesia en la cadena de
 »los siglos, segun lo reclama la necesidad, y la provee de nuevos
 »auxilios cuando lo reclama la necesidad, fué hallada por nuestros
 »santísimos mayores la teología escolástica, la cual cultivaron y ador-
 »naron principatísimamente dos gloriosos doctores, el angélico Santo
 »Tomás y el seráfico San Buenaventura, clarísimos profesores de esta
 »facultad. . . . con ingenio excelente, asídulo estudio, grandes trabajos
 »y vigilias, y la legaron á la posteridad, dispuesta óptimamente y ex-
 »plicada con brillantez de muchas maneras. Y en verdad, el conocimiento
 »y ejercicio de esta saludable ciencia, que fluye de las abundanti-
 »simas fuentes de las diversas letras, Sumos Pontífices, Santos Padres
 »y Concilios, pudo siempre proporcionar grande auxilio á la Iglesia,
 »ya para entender é interpretar verdadera y sanamente las mismas Es-
 »crituras, ya para leer y explicar más segura y útilmente los Padres,
 »ya para descubrir y rebatir los varios errores y herejías; pero en
 »estos últimos días, en que llegaron ya los tiempos peligrosos descri-
 »tos por el Apóstol y hombres blasfemos, soberbios seductores, crecen
 »en maldad errando é induciendo á otros á error, es en verdad nece-
 »sísima para confirmar los dogmas de la fé católica y para refutar

«necessaria est» (1). Quæ verba quamvis Theologiam scholasticam dumtaxat complecti videantur, tamen esse quoque de Philosophia eiusque laudibus accipienda perspicitur. Siquidem præclaræ dotes, quæ Theologiam scholasticam hostibus veritatis faciunt tantopere formidolosam, nimirum, ut idem Pontifex addit, «apta illa et inter se nexa rerum et causarum choærentia, ille ordo et dispositio tamquam militum in pugnando instructio, illæ dilucidæ definitiones et distinctiones, illa argumentorum firmitas et acutissimæ disputationes, quibus lux a tenebris, verum a falso distinguitur, hæreticorum mendacia multis præstigiis et fallaciis involuta, tamquam veste detracta, patefiunt et denudantur» (2), præclaræ, inquit, et mirabiles istæ dotes unice a recto usu repetendæ sunt eius philosophiæ, quam magistri scholastici, data opera et sapienti consilio, in disputationibus etiam theologicis, passim usurpare consueverunt.—Præterea cum illud sit scholasticorum Theologorum proprium ac singulare, ut scientiam humanam ac divinam arctissimo inter se vinculo coniunxerint, profecto Theologia, in qua illi excelluerunt, non erat tantum honoris et commendationis ab opinione hominum adeptura, si mancam atque imperfectam aut levem philosophiam adhibuissent.

«las herejías» (1). Palabras son estas que, aunque parezcan abrazar solamente la teología escolástica, está claro que deben entenderse también de la filosofía y sus alabanzas. Pues las preclaras dotes que hacen tan temible á los enemigos de la verdad la teología escolástica, como dice el mismo Pontífice, «aquella oportuna y enlazada coherencia de causas y de cosas entre sí, aquel orden y aquella disposición como la formación de los soldados en batalla, aquellas claras definiciones y distinciones, aquella firmeza de los argumentos y las agudísimas disputas en que se distinguen la luz de las tinieblas, lo verdadero de lo falso, las mentiras de los herejes envueltas en muchas apariencias y falacias, que como si se les quitase el vestido aparecen manifiestas y desnudas» (2); estas excelsas y admirables dotes, decimos, se derivan únicamente del recto uso de aquella filosofía que los maestros escolásticos, de propósito y con sábio consejo, acostumbraron á usar frecuentemente aún en las disputas filosóficas. Además, siendo propio y singular de los teólogos escolásticos el haber unido la ciencia humana y divina entre sí con estrechísimo lazo, la teología, en la que sobresalieron, no habria obtenido tantos honores y alabanzas de parte de los hombres si hubiesen empleado una filosofía manca é imperfecta ó ligera.

(1) Bulla—*Triumphantis*. an. 1588.

(2) Bull. cit.

Iamvero inter Scholasticos Doctores, omnium princeps et magister, longe eminet *Thomas Aquinas*; qui, uti Caietanus animadvertit, veteres doctores sacros quia summe veneratus est, ideo intellectum omnium quodammodo sortitus est (1). Illorum doctrinas, velut dispersa cuiusdam corporis membra, in unum Thomas collegit et coagmentavit, miro ordine digessit, et magnis incrementis ita adauxit, ut catholicæ Ecclesiæ singulare præsidium et decus iure meritoque habeatur.—Ille quidem ingenio docilis et acer, memoria facilis et tenax, vitæ integerrimus, veritatis unice amator, divina humanaque scientia prædives, Soli comparatus, orbem terrarum calore virtutum fovit, et doctrinæ splendore complevit. Nulla est philosophiæ pars, quam non acute simul et solide pertractarit: de legibus ratiocinandi, de Deo et incorporeis substantiis, de homine aliisque sensibilibus rebus, de humanis actibus eorumque principiis ita disputavit, ut in eo neque copiosa quæstionum seges, neque apta partium dispositio, neque optima procedendi ratio, neque principiorum firmitas aut argumentorum robur, neque dicendi perspicuitas aut proprietas, neque abtrusa quæque explicandi facilitas desideretur.

Illud etiam accedit, quod philosophicas conclusiones angelicus

Ahora bien: entre los Doctores escolásticos brilla grandemente Santo Tomás de Aquino, Príncipe y Maestro de todos, el cual, como advierte Cayetano, *por haber venerado en gran manera los antiguos Doctores sagrados, obtuvo de algún modo la inteligencia de todos* (1). Sus doctrinas, como miembros dispersos de un cuerpo, reunió y congregó en uno Tomás, dispuso con orden admirable, y de tal modo las aumentó con nuevos principios, que con razón y justicia es tenido por singular apoyo de la Iglesia católica. De dócil y penetrante ingenio, de memoria fácil y tenaz, de vida integérrima, amador únicamente de la verdad, riquísimo en la ciencia divina y humana, comparado al sol, animó al mundo con el calor de sus virtudes, y le iluminó con esplendor. No hay parte de la filosofía que no haya tratado aguda y á la vez sólidamente: trató de las leyes del raciocinio, de Dios y de las sustancias incorpóreas, del hombre y de otras cosas sensibles, de los actos humanos y de sus principios, de tal modo, que no se echan de menos en él, ni la abundancia de cuestiones, ni la oportuna disposición de las partes, ni la firmeza de los principios ó la robustez de los argumentos, ni la claridad y propiedad del lenguaje, ni cierta facilidad de explicar las cosas abstrusas.

Añádese á esto que el Doctor Angélico indagó las conclusiones filo-

(1) In 2.^m 2.^æ, q. 148, a. 4. in fin.

Doctor speculatus est, in rerum rationibus et principiis, quæ quamlatissime patent, et infinitarum fere veritatum semina suo velut gremio concludunt, a posterioribus magistris opportuno tempore et uberrimo cum fructu aperienda. Quam philosophandi rationem cum in erroribus refutandis pariter adhibuerit, illud a se ipse impetravit, ut et superiorum temporum errores omnes unus debellarit, et ad profligandos, qui perpetua vice in posterum exoriturum sunt, arma invictissima suppeditarit. — Præterea rationem, ut par est, a fide apprime distinguens, utramque tamen amice consocians, utriusque tum iura conservavit, tum dignitati consuluit, ita quidem ut ratio ad humanum fastigium Thomæ pennis evecta, iam fere nequeat sublimius assurgere; neque fides a ratione fere possit plura aut validiora adiumenta præstolari, quam quæ iam est per Thomam consecuta.

Has ob causas, doctissimi homines, superioribus præsertim ætatibus, theologiæ et philosophiæ laude præstantissimi, conquisitis incredibili studio Thomæ voluminibus immortalibus, angelicæ sapientiæ eius sese non tam excolendos, quam penitus innutriendos tradiderunt. — Omnes prope conditores et legiferos Ordinum religiosorum iussisse constat sodales suos, doctrinis S. Thomæ studere et religiosius hæ-

sóficas en las razones y principios de las cosas, los que se extienden muy latamente, y encierran como en su seno las semillas de casi infinitas verdades, que habian de abrirse con fruto abundantísimo por los Maestros posteriores. Habiendo empleado este método de filosofía, consiguió haber vencido él solo los errores de los tiempos pasados, y haber suministrado armas invencibles para refutar los errores que perpétuamente se han de renovar en los siglos futuros. Además, distinguiendo muy bien la razon de la fé, como es justo, y asociándolas, sin embargo, amigablemente, conservó los derechos de una y otra, proveyó á su dignidad de tal suerte, que la razon elevada á la mayor altura en alas de Tomás, ya casi no puede levantarse á regiones más sublimes, ni la fé puede casi esperar de la razon más y más poderosos auxilios que los que hasta aquí ha conseguido por Tomás.

Por estas razones, hombres doctísimos en las edades pasadas, y dignísimos de alabanza por su saber teológico y filosófico, buscando con indecible afan los volúmenes inmortales de Tomás, se consagraron á su angélica sabiduría, no tanto para perfeccionarle en ella, cuanto para ser totalmente por ella sustentados. Es un hecho constante que casi todos los fundadores y legisladores de las Ordenes religiosas mandaron á sus compañeros estudiar las doctrinas de Santo Tomás, y adherirse á ellas religiosamente, disponiendo que á nadie fuese lícito impunemente separarse ni áun en lo más mínimo de las

rere, cauto, ne cui eorum impune liceat a vestigiis tanti viri vel minimum discedere. Ut Dominicanam familiam prætereamus, quæ summo hoc magistro iure quodam suo gloriatur, ea lege teneri Benedictinos, Carmelitas, Augustinianos, Societatem Iesu, aliosque sacros Ordines complures, statuta singulorum testantur.

Atque hoc loco magna cum voluptate prævolat animus ad celeberrimas illas, quæ olim in Europa floruerunt, Academias et Scholas, Parisiensem nempe, Salmantinam, Complutensem, Duacenam, Tolosanam, Lovaniensem, Patavinam, Bononiensem, Neapolitanam, Coimbricensem, aliasque permultas. Quarum Academiarum nomen ætate quodammodo crevisse, rogatasque sententias, cum graviora agerentur negotia, plurimum in omnes partes valuisse, nemo ignorat. Jamvero compertum est, in magnis illis humanæ sapientiæ domiciliis, tamquam in suo regno, Thomam consedissee principem; atque omnium vel doctorum vel auditorum animos miro consensu in unius angelici Doctoris magisterio et auctoritate conquievisse.

Sed, quod pluris est, Romani Pontifices Prædecessores Nostri sapientiam Thomæ Aquinatis singularibus laudum præconiis, et testimoniis amplissimis prosecuti sunt. Nam Clemens VI (1), Nicolaus V (2),

huellas de tan gran Maestro. Y dejando á un lado la familia dominicana, que con derecho indisputable se gloria de éste su Sumo Doctor, están obligados á esta ley los Benedictinos, los Carmelitas, los Agustinos y otras muchas Órdenes sagradas, como los estatutos de cada una nos lo manifiestan.

Y en este lugar, con indecible placer recuerda el alma aquellas celeberrimas Academias y escuelas que en otro tiempo florecieron en Europa, á saber: la parisiense, la salmaticense, la complutense, la duacense, la tolosana, la lovaniense, la patavina, la boloniana, la napolitana, la coimbricense y otras muchas. Nadie ignora que la fama de estas creció en cierto modo con el tiempo, y que las sentencias que se les pedian cuando se agitaban gravísimas cuestiones, tenían mucha autoridad entre todos los sábios. Pues bien, es cosa fuera de duda que en aquellos grandes emporios del saber humano, como en su reino dominó como príncipe Tomás, y que los ánimos de todos, tanto maestros como discípulos, descansaron con admirable concordia en el magisterio y autoridad del Doctor Angélico.

Pero lo que es más, los Romanos Pontífices nuestros predecesores, honraron la sabiduría de Tomás de Aquino con singulares elogios y testimonios amplísimos. Pues Clemente VI (1), Nicolás V (2), Benedicto

(1) Bulla *In Ordine*.

(2) Breve ad FF. Ord. Prædic. 1451.

Benedictus XIII (1) aliique testantur, admirabili eius doctrina universam Ecclesiam illustrari; S. Pius V (2) vero fatetur eadem doctrina hæreses confusas et convictas dissipari, orbemque universum a pestiferis quotidie liberari erroribus; alii cum Clemente XII (3), uberrima bona ab eius scriptis in Ecclesiam universam dimanasse, Ipsumque eodem honore colendum esse affirmant, qui summis Ecclesiæ doctores, Gregorio, Ambrosio, Augustino et Hieronymo defertur; alii tandem S. Thomam proponere non dubitarunt Academiis et magnis Lyceis exemplar et magistrum, quem tuto pede sequerentur. Quam re memoratu dignissima videntur B. Urbani V. verba ad Academiam Tolosanam: *Volumus et tenore præsentium vobis iniungimus, ut B. Thomæ doctrinam tamquam veridicam et catholicam sectemini, eamdemque studeatis totis viribus ampliare* (4) Urbani autem exemplum Innocentius XII (5) in Lovaniensi studiorum Universitate, et Benedictus XIV (6) in Collegio Dionysiano Granatensium renovarunt. — His vero Pontificum maximorum de Thoma Aquinate iudiciis, veluti cumulus, Innocentii VI testimonium accedat: *Huius* (Thomæ),

XII (1) y otros, atestiguan que la Iglesia universal es ilustrada con su admirable doctrina; San Pio V (2) confiesa que con la misma doctrina las herejías, confundidas y vencidas, se disipan, y el universo mundo es libertado cuotidianamente; otros, con Clemente XII (3), afirman que de sus doctrinas dimanaron á la Iglesia católica abundantísimos bienes, y que él mismo debe ser venerado con aquél honor que se da á los Sumos Doctores de la Iglesia Gregorio, Ambrosio, Agustín y Gerónimo; otros, finalmente, no dudaron en proponer en las Academias y grandes liceos á Santo Tomás como ejemplar y maestro, á quien debía seguirse con pié firme. Respecto á lo que parecen muy dignas de recordarse las palabras del B. Urbano V: «*Queremos, y por las presentes os mandamos, que adopteis la doctrina del bienaventurado Tomás como verídica y católica, y procuréis ampliarlas con todas vuestras fuerzas*» (4). Renovaron el ejemplo de Urbano en la Universidad de estudios de Lovaina Inocencio XII (5), y Benedicto XIV (6) en el Colegio Dionisiano de los Granatenses. Añádase á estos juicios de los Sumos Pontífices sobre Tomás de Aquino, el testimonio de Inocencio VI, como complemento: «*La doctrina de este tiene sobre las*

(1) Bulla *Preliosus*.

(2) Bulla *Mirabilis*.

(3) Bulla *Verbo Dei*.

(4) Const. 5.^a dat. die 3 Aug. 1368 ad Cancell. Univ. Tolos.

(5) Litt. in form. Brev., die 6 febr. 1694.

(6) Litt. in form. Brev., die 21 Aug. 1752.

doctrina præ ceteris, excepta canonica, habet proprietatem verborum, modum dicendorum, veritatem sententiarum, ita ut nunquam qui eam tenuerint, inveniuntur a veritatis tramite deviasse; et qui eam impugnaverit, semper fuerit de veritate suspectus (1).

Ipsa quoque Concilia Oecumenica, in quibus eminent lectus ex toto orbe terrarum flos sapientiæ, singularem Thomæ Aquinatis honorem habere perpetuo studuerunt. In Conciliis Lugdunensi, Viennensi, Florentino, Vaticano, deliberationibus et decretis Patrum interfuisse Thomam et pene præfuisse dixeris, adversus errores Græcorum, hæreticorum et rationalistarum ineluctabili vi et faustissimo exitu decertantem.

—Sed hæc maxima est et Thomæ propria, nec cum quopiam ex doctoribus catholicis communicata laus, quod Patres Tridentini, in ipso medio conclavi ordini habendo, una cum divinæ Scripturæ codicibus et Pontificum Maximorum decretis *Summam* Thomæ Aquinatis super altari patere voluerunt, unde consilium, rationes, oracula peterentur.

Postremo hæc quoque palma viro incomparabili reservata videbatur, ut ab ipsis catholici nominis adversariis obsequia, præconia admirationem extorqueret. Nam exploratum est, inter hæreticarum fac-

demás, exceptuada la canónica, propiedad en las palabras, orden en las materias, veruad en las sentencias, de tal suerte, que nunca á aquellos que la siguieren se les verá apartarse del camino de la verdad, y siempre será sospechoso de error el que la impugna» (1).

Tambien los Concilios Ecuménicos, en los que brilla la flor de la sabiduría escogida en todo el orbe, procuraron perpétuamente tributar honor singular á Tomás de Aquino. En los Concilios de Lyon, de Viena, de Florencia y Vaticano, puede decirse que intervino Tomás en las deliberaciones y decretos de los Padres, y casi fué el presidente, peleando con fuerza ineluctable y faustísimo éxito contra los errores de los griegos, de los herejes y de los racionalistas. Pero la mayor gloria propia de Tomás, alabanza no participada nunca por ninguno de los Doctores católicos, consiste en que los Padres tridentinos, para establecer el orden en el mismo Concilio, quisieron que juntamente con los libros de la Escritura y los decretos de los Sumos Pontífices, se viese sobre el altar la *Suma* de Tomás de Aquino, á la cual se pidiesen consejos, razones y oráculos.

Últimamente tambien estaba reservada al varon incomparable obtener la palma de conseguir obsequios, alabanzas, admiracion de los mismos adversarios del nombre católico. Pues está averiguado que no saltaron jefes de las facciones heréticas que confesasen públicamente

(1) Serm. de S. Thom.

tionum duces non defuisse, qui palam profiterentur, sublata semel e medio doctrina Thomæ Aquinatis, se facile posse *cum omnibus catholicis doctoribus subire certamen et vincere, et Ecclesiam dissipare* (1).—Inanis quidem spes, sed testimonium non mane.

His rebus et causis, Venerabiles Fratres, quoties respicimus ab bonitatem, vim præclarasque utilitates eius disciplinæ philosophicæ, quam maiores nostri adamarunt, iudicamus temere esse commissum, ut eidem suus honos non semper, nec ubique permanserit: præsertim cum philosophiæ scholasticæ et usum diuturnum et maximorum virorum iudicium, et, quod caput est, Ecclesiæ suffragium favisse constaret. Atque in veteris doctrinæ locum nova quædam philosophiæ ratio hac illac successit, unde non ii percepti sunt fructus optabiles ac salutares, quos Ecclesia et ipsa civilis societas maluisent. Adnitentibus enim Novatoribus sæculi XVI, placuit philosophari citra quempiam ad fidem respectum, petita dataque vicissim potestate quælibet pro lubitu ingenioque excogitandi. Qua ex re pronum fuit, genera philosophiæ plus æquo multiplicari, sententiasque diversas atque inter se pugnantes oriri etiam de iis rebus, quæ sunt in humanis cognitionibus præcipuæ. A multitudine sententiarum

que una vez quitada de en medio la doctrina de Tomás de Aquino, podían fácilmente *entrar en combate con todos los Doctores católicos, y vencerlos y derrotar la Iglesia* (1). Vana esperanza, ciertamente, pero testimonio no vano.

Por esto, venerables hermanos, siempre que consideramos la bondad, la fuerza y las excelentes utilidades de su ciencia filosófica, que tanto amaron nuestros mayores, juzgamos que se obró temerariamente no conservando siempre y en todas partes el honor que le es debido; constando especialmente que el uso continuo, el juicio de grandes hombres, y lo que es más, el sufragio de la Iglesia, favorecían á la filosofía escolástica. Y en lugar de la antigua doctrina presentóse en varias partes cierta nueva especie de filosofía, de la cual no se recogieron los frutos deseados y saludables que la Iglesia y la misma sociedad civil habían anhelado. Procurándolo los novadores del siglo XVI, agradó el filosofar sin respeto alguno á la fé, y pedida alternativamente la potestad de escogitar segun el gusto y el génio cualesquiera cosas. Por cuyo motivo fué ya fácil que se multiplicasen más de lo justo los géneros de filosofía y naciesen sentencias diversas y contrarias entre sí aún acerca de las cosas principales en los conocimientos humanos. De la multitud de las sentencias se pasó frecuentí-

(1) Beza—Bucerus.

ad hæitationes dubitationesque persæpe ventum est: a dubitationibus vero in errorem quam facile mentes hominum delabantur, nemo est qui non videat — Hoc autem novitatis studium, cum homines imitatione trahantur, catholicorum quoque philosophorum animos visum est alicubi pervasisse: qui patrimonio antiquæ sapientiæ posthabito, nova moliri, quam vetera novis augere et perficere muluerunt, certe minus sapienti consilio, et non sine scientiarum detrimento. Etenim multiplex hæc ratio doctrinæ, cum in magistrorum singulorum auctoritate arbitrioque nitatur, mutabile habet fundamentum, eaque de causa non firmam atque stabilem neque robustam, sicut veterem illam, sed nutantem et levem facit philosophiam. Cui si forte contingat, hostium impetu ferendo vix parem aliquando inveniri, eius rei agnoscat in seipsa residere causam et culpam. — Quæ cum dicimus, non eos profecto improbamus doctos homines atque solertes, qui industriam et eruditionem suam, ac novorum inventorum opes ad excolendam philosophiam afferunt: id enim probe intelligimus ad incrementa doctrinæ pertinere. Sed magnopere cavendum est, ne in illa industria atque eruditione tota aut præcipua exercitacio versetur — Et simili modo de sacra Theologia iudicetur; quam multiplici erudi-

simamente á las vacilaciones y á las dudas, y desde la duda, cuán fácilmente caen en error los entendimientos de los hombres, no hay ninguno que lo ignore. Dejándose arrastrar los hombres por el ejemplo, el amor á la novedad pareció tambien invadir en algunas partes los ánimos de los filósofos católicos, los cuales, desechado el patrimonio de la antigua sabiduría, quisieron, más con prudencia ciertamente poco sábia y no sin detrimento de las ciencias, hacer cosas nuevas, que aumentar y perfeccionar con las nuevas las antiguas. Pues esta múltiple regla de doctrina, fundándose en la autoridad y arbitrio de cada uno de los maestros, tiene fundamento variable, y por esta razon no hace á la filosofía firme, estable ni robusta como la antigua, sino fluctuante y movediza. Á la cual si acaso sucede que se la halla alguna vez insuficiente para sufrir el ímpetu de los enemigos, sépase que la causa y culpa de esto reside en ella misma. Y al decir esto no condenamos en verdad á aquellos hombres doctos é ingeniosos que ponen su industria y erudicion y las riquezas de los nuevos descubrimientos al servicio de la filosofía, pues sabemos muy bien que con esto recibe incremento la ciencia. Pero se ha de evitar diligentísimamente no hacer consistir en aquella industria y erudicion todo ó el principal ejercicio de la filosofía. Del mismo modo se ha de juzgar de la Sagrada Teología, la cual nos agrada que sea ayudada é ilustrada

tionis adiumento iuvari atque illustrari quidem placet; sed omnino necesse est, gravi Scholasticorum more tractari, ut, revelationis et rationis coniunctis in illa viribus, *invictum fidei propugnaculum* (1) esse perseveret.

Optimo itaque consilio cultores disciplinarum philosophicarum non pauci, cum ad instaurandam utiliter philosophiam novissime animum adiecerint, præclaram Thomæ Aquinatis doctrinam restituere, atque in pristinum decus vindicare studuerunt et student. Pari voluntate plures ex ordine Vestro, Venerabiles Fratres, eandem alacriter viam esse ingressos, magna cum animi Nostri lætitia cognovimus. Quos cum laudamus vehementer, tum hortamur, ut in suscepto consilio permaneant: reliquos vero omnes ex Vobis singulatim monemus, nihil Nobis esse antiquius et optabilius, quam ut sapientiæ rivos purissimos, ex angelico Doctore iugi et præivite vena dimanantes, studiose juventuti large copioseque universi præbeatis.

Quæ autem faciunt, ut magno id studio velimus, plura sunt — Principio quidem, cum in hac tempestate nostra, machinationibus et astu fallacis cuiusdam sapientiæ, christiana fides oppugnari soleat, cuncti adolescentes, sed ii nominatim qui in Ecclesiæ spem succres-

con los múltiples auxilios de la erudicion; pero es de todo punto necesario que sea tratada segun la grave costumbre de los escolásticos, para que unidas en ella las fuerzas de la revelacion y de la razon continúe siendo *defensa invencible de la fé* (1).

Con excelente consejo no pocos cultivadores de las ciencias filosóficas intentaron en estos últimos tiempos restaurar útilmente la filosofía, renovar la preclara doctrina de Tomás de Aquino y devolverla su antiguo esplendor.

Hemos sabido, venerables hermanos, que muchos de vuestro orden, con igual deseo han entrado gallardamente por esta vía con grande regocijo de nuestro ánimo. Á los cuales alabamos ardientemente y exhortamos á permanecer en el plan comenzado; y á todos los demás de entre vosotros en particular os hacemos saber que nada Nos es más grato ni más apetecible que el que todos suministreis copiosa y abundantemente á la estudiosa juventud los rios purísimos de sabiduría que manan en continua y riquísima vena del Angélico Doctor.

Los motivos que nos mueven á querer esto con grande ardor son muchos. Primeramente, siendo costumbre en nuestros dias tempestuosos combatir la fé con las maquinaciones y las astucias de una falsa sabiduría, todos los jóvenes, y en especial los que se educan para esperan-

(1) Sixtus V. Bull. cit.

cunt, pollenti ac robusto doctrinæ pabulo ob eam causam enutriendi sunt, ut viribus validi, et copioso armorum apparatu instructi, mature assuescant causam religionis fortiter et sapienter agere, *parati semper, secundum Apostólica monita, ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea, quæ in nobis est, spe* (1); *et exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt, arguere* (2).—Deinde plurimi ex iis hominibus qui ab alienato a fide animo instituta catholica oderunt, solam sibi esse magistram ac ducem rationem profitentur. Ad hos autem sanandos, et in gratiam cum fide catholica restituendos, præter supernaturale Dei auxilium, nihil esse opportunius arbitramur, quam solidam Patrum et Scholasticorum doctrinam, qui firmissima fidei fundamenta, divinam illius originem, certam veritatem, argumenta quibus suadetur, beneficia in humanum genus collata, perfectamque cum ratione concordiam tanta evidentia et vi commonstrant, quanta flec-tendis mentibus vel maxime invitis et repugnantibus abunde sufficiat.

Domestica vero, atque civilis ipsa societas, quæ ob perversarum opinionum pestem quanto in discrimine versetur, universi perspicimus, profecto pacatior multo et securior consisteret, si in Academiis et

za de la Iglesia, deben ser alimentados por esto mismo con el poderoso y robusto pasto de doctrina, para que potentes con sus fuerzas y equipados con abundante armamento se acostumbren un tiempo á defender fuerte y sábiamente la causa de la Religion, *dispuestos siempre, segun los consejos evangélicos, á satisfacer á todo el que pregunte la razon de aquella esperanza que tenemos* (1). *y exhortar con la sana doctrina y argüir á los que contradicen* (2). Además, muchos de los hombres que, apartado su espíritu de la fé aborrecen las enseñanzas católicas, profesan que para ellos es solo la fé maestra y guia. Y para sanar á éstos y volverlos á la fé católica, además del auxilio sobrenatural de Dios, juzgamos que nada es más oportuno que la sólida doctrina de los Padres y de los Escolásticos, los cuales demuestran con tanta evidencia y energía los firmísimos fundamentos de la fé, su divino origen, su infalible verdad, los argumentos con que se prueban los beneficios que ha prestado al género humano y su perfecta armonia con la razon, cuanto basta y aún sobra para doblegar los entendimientos aún los más opuestos y contrarios.

La misma sociedad civil y la doméstica que se halla en el grave peligro que todos sabemos, á causa de la peste dominante de las perversas opiniones, viviría ciertamente más tranquila y más segura si

(1) I. Pet. III, 15.

(2) Tit. I, 9.

scholis sanior traderetur, et magisterio Ecclesiæ conformior doctrina, qualem Thomæ Aquinatis volumina complectuntur. Quæ enim de germana ratione libertatis, hoc tempore in licentiam abeuntis, de divina cuiuslibet auctoritatis origine, de legibus earumque vi, de paterno et æquo summorum Principum imperio, de obtemperacione sublimioribus potestatibus, de mutua inter omnes caritate; quæ scilicet de his rebus et aliis generis eiusdem a Thoma disputantur, maximum atque invictum robur habent ad evertenda ea iuris novi principia, quæ pacato rerum ordini et publicæ salutis periculosa esse dignoscantur.—Demum cunctæ humanæ disciplinæ spem incrementi præcipere, plurimumque sibi debent præsidium polliceri ab hac, quæ Nobis est proposita, disciplinarum philosophicarum instauratione. Etenim a philosophia, tamquam a moderatrice sapientia, sanam rationem rectumque modum bonæ artes mutuari, ab eaque, tamquam vitæ communi fonte, spiritum haurire consueverunt. Facto et constanti experientia comprobatur, artes liberales tunc maxime floruisse, cum incolumis honor et sapiens iudicium philosophiæ stetit; neglectas vero et prope oblitteratas iacuisse, inclinata atque erroribus vel ineptiis implicita philosophia.—Quapropter etiam physicæ disciplinæ, quæ nunc

en las academias y en las escuelas se enseñase doctrina más sana y más conforme con el magisterio de la enseñanza de la Iglesia, tal como le contienen los volúmenes de Tomás de Aquino. Todo lo relativo á la genuina nocion de la libertad, que hoy degenera en licencia, al origen divino de toda autoridad, á las leyes y á su fuerza, al paternal y equitativo imperio de los príncipes supremos, á la obediencia á las potestades superiores, á la mútua caridad entre todos; todo lo que de estas cosas y otras del mismo tenor es enseñado por Tomás, tiene una robustez grandísima é invencible para echar por tierra los principios del nuevo derecho, que, como todos saben, son peligrosos para el tranquilo órden de las cosas y para el público bienestar. Finalmente, todas las ciencias humanas deben esperar aumento y prometerse grande auxilio de esta restauracion de las ciencias filosóficas por Nos propuesta. Porque todas las buenas artes acostumbraron tomar de la filosofía, como de la ciencia reguladora, la sana enseñanza y recto modo, y de aquella como de comun fuente de vida sacar energía. Una constante esperiencia nos demuestra que cuando florecieron mayormente las artes liberales, permaneció incólume el honor y el sábio juicio de la filosofía, y que fueron descuidadas y casi olvidadas cuando la filosofía se inclinó á los errores ó se enredó en inepticias. Por lo cual, áun las ciencias físicas que son hoy tan apreciadas

tanto sunt in pretio, et tot præclare inventis, singularem ubique cient admirationem sui, ex restituta veterum philosophia non modo nihil detrimenti, sed plurimum præsidii sunt habituræ. Illarum enim fructuosæ exercitationi et incremento non sola satis est consideratio factorum, contemplatioque naturæ; sed, cum facta constiterint, altius assurgendum est, et danda solerter opera naturis rerum corporearum agnoscendis, investigandisque legibus, quibus parent, et principiis, unde ordo illarum, et unitas in varietate, et mutua affinitas in diversitate proficiscuntur. Quibus investigationibus mirum quantam philosophia scholastica vim et lucem, et opem est allatura, si sapientiaratione tradatur.

Qua in re et illud monere iuvat, nonnisi per summam iniuriam eidem philosophiæ vitio verti, quod naturalium scientiarum profectui et incremento adversetur. Cum enim Scholastici, sanctorum Patrum sententiam secuti, in Anthropologia passim tradiderint, humanam intelligentiam nonnisi ex rebus sensibilibus ad noscendas res corpore materiaque carentes evehi, sponte sua intellexerunt, nihil esse philosopho utilius, quam naturæ arcana diligenter investigare et in rerum physicarum studio diu multumque versari. Quod et facto suo confirmarunt: nam S. Thomas, B. Albertus magnus, alique Scho-

y excitan singular admiracion con tantos inventos, no recibirán perjuicio alguno con la restauracion de la antigua filosofía, sino que, al contrario, recibirán grande auxilio. Pues para su fructuoso ejercicio é incremento, no solamente se han de considerar los hechos y se ha de contemplar la naturaleza, sino que de los hechos se ha de subir más alto y se ha de trabajar ingeniosamente para conocer la esencia de las cosas corpóreas; para investigar las leyes á que obedecen y los principios de donde proceden su órden y unidad en la variedad y la mútua afinidad en la diversidad. Á cuyas investigaciones es maravillosa cuanta fuerza, luz y auxilio de la filosofía católica, si se enseña con un sábio método.

Acerca de lo que debe advertirse tambien que es grave injuria atribuir á la filosofía el ser contraria al incremento y desarrollo de las ciencias naturales. Pues cuando los escolásticos, siguiendo el sentir de los Santos Padres, enseñaron con frecuencia en la antropología que la humana inteligencia solamente por las cosas sensibles se elevaba á conocer las cosas que carecian de cuerpo y de materia, naturalmente que nada era más útil al filósofo que investigar diligentemente los arcanos de la naturaleza y ocuparse en el estudio de las cosas físicas mucho y por mucho tiempo. Lo cual confirmaron con su conducta, pues Santo Tomás, el bienaventurado Alberto el Grande y otros

lasticorum principes, non ita se contemplationi philosophiæ dediderunt, ut non etiam multum operæ in naturalium rerum cognitione collocarent: imo non pauca sunt in hoc genere dicta eorum et scita, quæ recentiores magistri probent, et cum veritate congruere fateantur. Præterea, hac ipsa ætate, plures iique insignes scientiarum physicarum doctores palam aperteque testantur, inter certas ratasque recentioris Physicæ conclusiones, et philosophica Scholæ principia nullam veram nominis pugnam existere.

Nos igitur, dum edicimus libenti gratoque animo excipiendum esse quidquid sapienter dictum, quidquid utiliter fuerit a quopiam inventum atque excogitatum; Vos omnes, Venerabiles Fratres, quam enixe hortamur, ut ad catholicæ fidei tutelam et decus, ad societatis bonum, ad scientiarum omnium incrementum auream sancti Thomæ sapientiam restituatis, et quam latissime propagetis. Sapientiam sancti Thomæ dicimus: si quid enim est à doctoribus Scholasticis vel nimia subtilitate quæsitum, vel parum considerate traditum, si quid cum exploratis posterioris ævi doctrinis minus cohærens, vel denique quoquo modo non probabile, id nullo pacto in animo est ætati nostræ ad imitandum proponi.—Ceterum, doctrinam Thomæ Aquinatis student magistri, a Vobis intelligenter lecti, in discipulorum animos insi-

principes de los escolásticos no se consagraron á la consagracion de la filosofía, de tal suerte, que no pusiesen grande empeño en conocer las cosas naturales, y muchos dichos y sentencias suyos en este género de cosas los aprueban los maestros modernos y confiesan estar conformes con la verdad. Además, en nuestros mismos dias muchos y muy insignes doctores de las ciencias físicas atestiguan clara y manifestamente que entre las ciertas y aprobadas conclusiones de la física más reciente y los principios filosóficos de la escuela no existe verdadera pugna.

Nos, pues, mientras manifestamos que recibiremos con buena voluntad y agradecimiento todo lo que se haya dicho sábiamente, todo lo útil que se haya inventado y escogitado por cualquiera, á vosotros todos, venerables hermanos, con grave empeño exhortamos á que, para defensa y gloria de la fé católica, bien de la sociedad é incremento de todas las ciencias, renoveis y propagueis latísimamente la áurea sabiduría de Santo Tomás. Decimos la sabiduría de Santo Tomás, pues si hay alguna cosa tratada por los escolásticos con demasiada sutileza ó enseñada inconsideradamente; si hay algo ménos concorde con las doctrinas manifiestas de las últimas edades, ó finalmente, no laudable de cualquier modo, de ninguna manera está en nuestro ánimo preponerlo para ser imitado en nuestra edad. Por lo demás, procuren los maestros elegidos inteligentemente por vosotros, insinuar en los ánimos de sus discípulos la doctrina

nuare; eiusque præ ceteris soliditatem atque excellentiam in perspicuo ponant. Eandem Academiæ a Vobis institutæ aut instituendæ illustrent ac tueantur, et ad grassantium errorum refutationem adhibeant. — Ne autem supposita pro vera, neu corrupta pro sincera bibatur, providete ut sapientia Thomæ ex ipsis eius fontibus hauriatur, aut saltem ex iis rivis, quos ab ipso fonte deductos, adhuc integros et illimes decurrere certa et concors doctorum hominum sententia est: sed ab iis, qui exinde fluxisse dicuntur, re autem alienis et non salubribus aquis creverunt, adolescentium animos arcendos curate.

Probe autem novimus conatus Nostros irritos futuros, nisi communia cepta, Venerabiles Fratres. Ille secundet, qui *Deus scientiarum* in divinis eloquiis (1) appellatur; quibus etiam monemur, *omne datum optimum et omne donum perfectum desursum esse, descendens a Patre luminum* (2) Et rursus: *Si quis indiget sapientia, postulet a D o, qui dat omnibus affluenter, et non improperat; et dabitur ei* (3) — Igitur hac quoque in re exempla sequamur Doctoris angelici, qui numquam se lectioni aut scriptioni dedit, nisi propitiato precibus Deo; quique candide confessus est, quidquid sciret, non tam se stu-

de Tomás de Aquino, y pongan en evidencia su solidez y excelencia sobre todas las demás. Las academias fundadas por vosotros, ó las que habeis de fundar, illustren y defiendan la misma doctrina y la usen para la refutación de los errores que circulan. Mas para que no se beba la supuesta doctrina por la verdadera ni la corrompida por la sincera, cuidad de que la sabiduría de Tomás se tome de las mismas fuentes, ó al ménos de aquellos rios que, segun cierta y conocida opinion de los hombres sábios, han salido de la misma fuente y todavía corren íntegros y puros; pero de los que se dicen haber procedido de estos y en realidad crecieron con aguas ajenas y no saludables, procurad apartar los ánimos de los jóvenes.

Muy bien conocemos que nuestros propósitos serán de ningun valor si no favorece las comunes empresas, venerables hermanos, Aquel que en las divinas letras es llamado *Dios de las ciencias*, en las que tambien aprendemos (1) *que toda dádiva buena y todo don perfecto viene de arriba, descendiendo del Padre de las luces* (2). Y además: *si alguno necesita de sabiduría, pida á Dios que da á todos abundantemente y no se apresure, y se le dará* (3). Tambien en esto sigamos el ejemplo del Doctor Angélico, que nunca se puso á leer y á escribir sin haberse hecho propicio á Dios con sus ruegos, y el cual confesó cándida-

(1) I. Reg. II, 3.

(2) Iac. I, 17.

(3) Ibid. v. 5.

dio aut labore suo sibi peperisse, quam divinitus accepisse: ideoque humili et concordi obsecratione Deum simul omnes exoremus, ut in Ecclesiæ filios spiritum scientiæ et intellectus emittat, et aperiat eis sensum ad intelligendam sapientiam. Atque ad uberiores percipiendos divinæ bonitatis fructus, etiam B. Virginis Mariæ, quæ sedes sapientiæ appellatur, efficacissimum patrociniū apud Deum interponite; simulque deprecatores adhibete purissimum Virginis Sponsū B. Iosephum, et Petrum ac Paullum Apostolos maximos, qui orbem terrarum, impura errorum luce corruptum, veritate renovarunt, et cælestis sapientiæ lumine compleverunt.

Denique divini auxilii spe freti, et pastorali Vestro studio confisi, Apostolicam benedictionem, cælestium munerum auspiciem et singularis Nostræ benevolentiae testem, Vobis omnibus, Venerabiles Fratres, universoque Klero et populo singulis commisso, peramanter in Domino impertimur.

Datum Romæ apud S. Petrum, die 4 Augusti an. 1879, Pontificatus Nostri anno Secundo.

LEO PP. XIII.

mente que todo lo que sabia no lo habia adquirido tanto con su estudio y trabajo, sino que lo habia recibido divinamente: y por lo mismo roguemos todos juntamente á Dios con humilde y concorde súplica que derrame sobre todos los hijos de la Iglesia el espíritu de ciencia y de entendimiento, y les abra el sentido para entender la sabiduría. Y para percibir más abundantes frutos de la divina bondad, interponed también delante de Dios el patrocinió efficacísimo de la Vírgen María que es llamada asiento de la sabiduría, y á la vez tomad por intercesores al bienaventurado José, purísimo Esposo de la Vírgen María, y á los grandes Apóstoles Pedro y Pablo, que renovaron con la verdad el universo mundo corrompido por el inmundo cieno de los errores y le llenaron con la luz de la celestial sabiduría.

Por último, sostenidos con la esperanza del divino auxilio y confiados en vuestra diligencia pastoral, os damos amantísimamente en el Señor á todos vosotros, venerables hermanos, á todo el Clero y pueblo á cada uno de vosotros encomendado, la apostólica bendición, augurio de celestiales dones y testimonio de nuestra singular benevolencia.

Dado en Roma en San Pedro á 4 de Agosto de 1879. En el año segundo de nuestro Pontificado.

LEON PAPA XIII.